



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

§. 37. Consulit Sacramentalem confessionem non differendam, & qualiter ea institui debeat, docet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

Callidus hæc nostris, infudit toxica serpens
a Visceribus, vetitum cum sumpfit ab arbore
pomum
Infœlix Adam, genus à quo, ducimus omnes
Nitimur in vetitum quotquot, cupimusque
negata.

§. 37.

*Consulte Sacramentalem Confessionem non
differendam, & qualiter ea institui de-
beat, docet.*

Qui abscondit scelera sua, non dirigetur, qui
autem confessus fuerit, & reliquerit ea,
misericordiam consequetur: *Prov. 28. v.*

13.

Quidquid delinquis, mature expressa
dolore

e Contriti cordis confessio, seria mundet:

d Absit, ut hoc dicas, peccavi, & quid mihi
triste

Accidit? est etenim patiens Deus Arbiter, er-
go

e Converti ad Dominum non tardes, nec
male differ

Quotidie, subito veniet namque illius ira,

Te-

a Gen. 3. e Proverb. 28. e Psal. 50. d
Eccles. 5. e Ibid.

Teque, Malosque omnes, vindictæ tempore
perdet:

a Nunc age prævenias, dum mors te exspe-
ctat ubique

Tollere, vel morbus, rationis frangere vires.

b Sæpius assiduo, si non renovetur aratro

Durus ager, duras. molli pro gramine spinas

Proferet, at duro, fuerit si vomere scissus,

Afferet optatam, maturo tempore messem:

Sic Animæ subigendus ager, studioque co-
lendus,

Omibus ut vitiis, vitiorum & semine purus

c Condignos grato, producat germine fru-
ctus:

Instrumenta cupis, culturæ accommoda tali,

Optimus hic vomer, pura & Confessio ra-
strum est,

d Hæc Coeli est clavis, certa hæc medicina
malorum est,

e Fonsque salutaris, maculas qui diluit om-
nes,

Restituens luci, tenebroso carcere dignum,

f Pœnam commutans, & tollens Numinis
iram.

g Nulla sit, ergo tibi confusio, dicere verum,

a Prov. 20. *b* Prov. 24. *c* Psal. 129. *d*

Matth. 16. *e* Zacha. 13. *f* 2. Reg. 11. *g*

Eccle. 4.

Quo pura, impuram mundet, *Confessio* mentem,

Hæc tibi sit clypeus, cōtra ignea tela inimici,
Sit tutum, quoties instat Tentator, asylum!

Huc fuge, si stygius Venator retia tendat,
Huc properes, adsit si quando occasio lapsus,
Aut agat in vitium, carnem, corrupta voluntas,

Nemiser, inferni, diro superatus ab hoste,
Ludibrium superis fias, spoliūque barāthri;
O Homo peccator, vario qui crimine pressus,
Foetens ante Deum, æternum damnatus ad ignem,

Compedibus vinctus Sathanæ, num corde reflectis,

Quid de te fieret, sententia quæque maneret?

^a Horâ, si improvidum, te mors auferret, eadem?

Ni cito pœniteas, crimen *confessio* tollat:

Hinc melius sape, ferratas rumpendo catenas,

^b Quæque animam foedant, damnant, peccata fatendo:

Nec pudor hinc revocet, suggestus Dæmonis astu,

^c At magis, impendens Divini Numinis ira

Et pudor æternus, toto coram orbe futurus,

E Sumere

^a Luca. 12. ^b Psal. 31. ^c 37. ^c Roman. 12.

Sumere te moneant, hæc commoda phar-
ma-
ca vitæ:

Sæpius infirmum, solatur potio amara,
Sic peccatorem, *Confessio* mixta dolore.

§. 38.

*Explicat utilitates & effectus Divini Amoris,
& devotæ Orationis, ejusque requisita,
& distractionis nocumenta.*

Diliges Dominum Deum tuum ex toto cor-
de tuo, & ex tota Anima tua, & ex tota
mente tua, & ex tota virtute tua; *Deuter.*
6. Matth. 22. Marci 12.

Siquid petiveritis Patrem in nomine meo,
dabit vobis, petite & accipietis; ut gau-
dium vestrum sit plenum. *Ioan. 16. v. 24.*
Matth. 7. v. 11.

OMne tuum studium, cordisque intentio
tota,

a Sollicitudo, labor, cura, & directio vitæ,
Tendat in augmentum, Divini semper *Amo-*
ris

Semina sic spargis, quæ multiplicata resur-
gent

b Est Cœli Thesaurus *Amor*, pax inclyta
cordis,

c Ignis continuus, qui non extinguitur un-
quam,

a *Psal. 118.* *b* *Matth. 13.* *c* *Act. 2. S. August.*
Meditat. cap. 10. S. Bernardus in iubil.